

5466

1.

P. Hostilius Philadelphus | ob honor. aedit. titulum polivit | de suo et nomina sodal. inscripsit eorum | qui munera posuerunt: | Domitius Primi-  
genius statuam | aeream Silvani cum aede. | C. Oratius Sabinus at templum  
tegend. | tegulas CCCC tectas<sup>1</sup>. | Nutrius Valens sigilla marmuria | dua,  
Herculem et Mercurium<sup>2</sup>. | Paccius Mercuriales opus cementic. | X CCL  
ante templum et tabula picta Olympum X XV. | Publicius Laetus at  
templum aedifi|candum donavit X L. | Item Paccius Mercuriales at tem-  
plum | aedificandum cum filis et liberto don. | X L, item sigillum mar-  
muriium Liberi X XXV. || Alfenus Aspasius sacerd. | signum aer. Silvani  
cum basi, | item vivus X I mortis causae sui<sup>3</sup> | remisit. |

Hostilius Philadelphus insc[e]n|dentibus in templo petram excidit d. s. |

2.

P. Hostilius P. I. Philadelphus | petram inferior. excidit et titulum fecit  
ubi | nomina cultor. scripsit et sculpsit, sac.<sup>4</sup> Urbano, s. p. | L. Volattius  
Urbanus sac., | L. Nutrius Valens iun. (*sequuntur alia nomina circiter septua-*  
*ginta*).

*Philippis non longe a theatro in rupe laevigata, infra aediculam et ipsam e  
rupe excisam (III 635 descr. Heuzey mission de Macédoine p. 70 seq.). Aliarum  
duarum inscriptionum, quae nomina propria tantum continebant, eodem loco inci-  
sarum reliquias laceras omisi. — 1) Tegulas tectas fuisse aere coniecit Mommsen.  
— 2) Herculis et Mercurii signa simul dedicata habes etiam supra N. 5400. —  
3) Scr. X L (sic Hirschf.) mortis suae causa. — 4) Sacerdote.*

5467 Fortunae Primig[eniae] | signum Liberis (sic) pa[tris] | Panthei  
cum suis par[ergis] | et cupidines II cum suis lychnuchis et . . . | M. Po-  
pilius M. f. Trophim . . . [et] | Popilia Chreste lib. et Atili[a] . . . .

*Praeneste (XIV 2865 viderunt Smetius aliique).*

5468 M. Plaetorius M. I. Eros, | M. Anicius M. I. Primus | magistri  
fano contermini<sup>1</sup> | dono lyncucum dant.

*Romae, tabella aerea (VI 844 vidit Kiessling). — 1) Marinus Arv. p. 504  
magistros credit pagi cuiusdam fano contermini.*

5469 Pietas Sec[un]di contuber.<sup>1</sup>, mag.<sup>2</sup>, | arcum et cande|labrum  
Iunoni | d. s. d. d.

*Saponariae in Lucania, ubi fuit Grumentum (X 202 vidit Mommsen). — 1) Con-  
tubernalis. — 2) Magistra.*

5470 deo M[erc.] Aug. | sacerdote[s], qui | et personam ar|genteam  
et can|delabra aerea | et lucernas de s[uo] fecerunt, quo[r.] | nomina in  
pro|nao scripta sunt, | hanc quoque | statuam ex  $\text{HS V}$  | mil. n. posue|runt  
et ded.

*Henchir Bez, ibi ubi N. 5441 (VIII S. 42001 vidit Cagnat).*

5471 Ti. Bervenus Ti. f. Sabinus IIIvir aed. | pot. II<sup>1</sup>, testamento  
legavit municipi|bus Reginis Iul.<sup>2</sup> in prytaeano statuam | aeream<sup>3</sup> Mercuri,